Actum in Curia Regia Branscensi Feria Tertia post Festum Visitationis Gloriosæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo.

Kierznowo — Intromissio

Minis Regni Generalis Providus Balthazar Piotrowski autenticus iuratus una cum Ntibus Panthaleone et Severino Kiersnowskiemi sibi gratia evidentionis testimonij adiunctis coram officio præsenti personaliter stans palam recognovit Quia condescendendo ad bona Kiersnowo Feria Tertia post Festum sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxime præterita ibidem Nobiles Martinum filium Christofori Kiersnowski et Justinam Polebkowna invicem Coniuges in omnia et singula bona mobilia et immobilia in hæreditate Kiersnowo consistentia Principaliter per dictum Christofor quondam Laurentij Kiersnowski olim Nti Marinæ Kunickie Coniugi suæ super summam Trecentorum florenorum polonicorum coram actis Castren. Branscen. modo debito assecuratæ ipsis vero Ntibus Martino Kiersnowski et Justinæ Polebkowna Coniugibus per Honestos Paraskiæ et David filios Samson Kunicki subditum Sacræ Regiæ Maiestatis de Chrzewo Capitaneatus Branscen. nomine suo et Honestorum Hrehor et Jakim Kunickie fratrum suorum super ipsos post præfatam Marinam relictam olim Nti Christofor Kiersnowski sororem suam germaniter decessam iure naturali successivo concernentia cessa in areas hortos agros prata sylvas ædificia cuncta et generaliter omnes et singulas attinentias et pertinentias eorundem bonorum ex libera admissione præfatorum Kunickie nemine alio tam in bonis quam hic circa acta inpugnante intromisit invexit et inde tem ac pacificam [illegible] contulit de quo suam relationem fidelem fecit.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria Quinta post Festum Visitationis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo.

G. Kanigowski — Debitum

Coram officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Magnificus Martinus in olesno Bocki Andrianki Szyszkotoskij nomine suo et Magnificæ Leonoræ Sapiezanka in Bocki Andrianki ... hæredissæ Coniugis suæ a qua deratum et gratum in forma iuris plenissima sub vadio et ligamentis in se assumptis cavet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis recognovit. Quia Generoso Alberto Kanigowski in Dzięciołowo ... ... et in eventu mortis illius legitimis successoribus tenetur estque debitor certi veri et liquidi debiti mutuatæque pecuniæ summam octo Millium florenorum numeri et monetæ polonicæ Quam quidem summam super recognoscens submittit ac de de omnibus et singulis bonis in hære...

[illegible] et alijs eo adiacen[tibus] summisq[ue] quibusvis pecuniarijs se quovis modo concer[nentibus] [illegible] successoribus suis memorato creditori suo sive eius posteris hinc et ab [in]stanti pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae in anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo proxime venturo parata pecunia solvere realiterq[ue] et effective reddere et restituere aut circa acta officij praesentis reponere et relinquere, depositamq[ue] et relictam rursus ad se ab eodem officio [illegible] nec eo [illegible] quovis [illegible] [illegible] aut officio eximere Necnon supraseriptam Magnificam Leonoram Sapieżanka con[iugem suam] legitimam ad approbandam praesentem inscriptionem quam primum [illegible] ex [illegible] valetudinaria ad pristinam bonam salutem redierit coram actis praesentibus sua [illegible] cura et opere et promissa exequatur efficere. Sub vadio simili aliorum octo Millium Florenorum polonicalium in casu non solutionis seu memoratae Magnificae Coniugis suae ad approbandam inscriptionem non statutionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio ac summa essentiali suprascriptus recognoscens ad instantiam memorati creditoris sui sive eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Bransce[nse] citatus existens sive eius successores [illegible] existentes eatenus in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptie stare, parere, respondere inscriptioni praesenti ac eius contentis tum pro vadio exinde succumbito ac citationibus ab officio non recedendo satisfacere omneq[ue] iudicatum pati suis cum successoribus tenebitur. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes subsequentes causae eiusmodi termino semper peremptorios nullis controversijs exceptionibus allegationibus occasionibus infirmitatibus dilationibus quibus vis, motionis appellationis ac earum prosequutione evadere volendo, imo his omnibus et alijs omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusq[ue] impedimentis [illegible] de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenunciando sub amissione suae summae succumbae totius [illegible] causae.

Wyszenski et Kamienski contractum approbant.

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransce[nsibus] personaliter comparentes Nobiles Albertus olim Joannis Jurgiewicz Wyszenski in Wyszon[ki] [illegible] [illegible] Et Nobilis Nicolaus olim Gregorij Kamienski in Kamien Dąbrowa et hoc ex [illegible] partibus ex altera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi interceram certam seu contractum inter se ratione certarum rerum et conditionum de data in [illegible] sedecima Junij anno praesenti confectam manibus suis et certorum amicorum subscriptam ac vadio Mille florenorum polonicalium firmatam in omnibus eius eiusdem interceptae punctis clausulis articulis et conditionibus tam in toto quam in [illegible] minima parte approbant, confirmant et ratificant. Easq[ue] omnia [illegible] interceptae exarata [illegible] recognoscentes se de omnibus bonis suis